

Alexandri PP. & S. R. E. Card. sub-Scriptores.

mine districta ultioni subiacet; Cum tunc autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. EGO ALEXANDER Catholicae Sedis Episcopus. Ego Ubalduſ Oſtienſis Episcopus. Ego Bernardus Portuenſis, & sanctae Rufinae Episcopus. Ego Ubalduſ Presb. Card. tit. S. Crucis in Hierusalem. Ego Jo. Presb. Cardinalis Sanctorum Joannis & Pauli. Ego Albertus Presb. Cardinalis sancti Laurentii in Lucina. Ego Boſo Presb. Cardinalis sanctae Pudent. tit. Pastoris. Ego Petrus Presbyter Cardinalis tit. sancti Laur. in Damas. Ego Jo. Presb. Card. tit. S. Marci. Ego Theoditus Presb. Card. S. Vital. tit. Vest. Ego Jacintus Diac. Card. sanctae Mariae in Cosmedin. Ego Ardic. Diac. Card. S. Theod. Ego Cint. Diac. Card. S. Adr. Ego Hugo Diac. Card. SS. Sergii & Bacchi. Ego Petrus Diac. Card. S. Mariae in Aquiro. Datum Beneventi per manum Gratiani prefatae R. E. Subdiac. & Notarii, IV. Kal. Maji Indict. II. Incarnationis Dominicae anno MCLXIX. Pontificatus vero Domni Alexandri PP. III. anno X.

Dat. die 18. Aprilis anno Dom. 1169. Pont. ann. X.

Conſ. T. XIII. fol. 89.

Reſcripti inſtituti- bus contrariis.

Beneficia per Investituras hujusmodi obicere in manibus Episcoporum admittenda sub pena excommunicationis.

pore, susceperunt, diligentius moneatis, & instantius exhortari curetis, quod Ecclesias ipsas, Praebendas vel Beneficia, cum fructibus inde perceptis, in manus vestras, omni contradictione & appellatione cessante, resignetis & eis, ad quorum ordinationem jure ecclesiastico spectant, disponendas relinquat. Quod si ad communionem nostram infra quadraginta dies post harum susceptionem non fecerint, vos eos auctoritate nostra, sub lato appellationis remedio, cujuslibet timore gratia & prohibitione postpositis, excommunicationis sententia feriatis, & ab omnibus faciatis per parochias vestras sicut excommunicatos vitari: donec Ecclesias praescriptas & alia Beneficia ecclesiastica liberè resignaverint illis, ad quorum donationem & ordinationem spectant, & in pace dimiserint, & de fructibus inde perceptis dignam Ecclesiae exhibuerint satisfactionem. Si autem in his exequendis negligentes fueritis aut remissi, nos omnes illos, qui Ecclesias vel cetera Beneficia ecclesiastica, praeter assensum Episcoporum, ad quos eorum donatio spectat, de manu laica, quo superius dictum est, accepisse noscuntur, nisi praecipis nostris infra terminum praescriptum paruerint, excommunicationis sententia, auctoritate, qua fungimur, decernimus subjacere: & eos sicut a nobis excommunicatos praecipimus ab omnibus evitari.

Dat. die 19. Maji ann. Dom. 1169. Pont. ann.

Data Beneventi XIV. Kal. Junii.

XXXII.

Privilegium Ecclesiae Hallensis S. Zenonis.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Alahro Prapposito Ecclesiae Hallensis, ejusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Ex Handedi Merop. S. Alahro. Tom III. pag. 355.

Exordium.

Haecce Manasterium sub Sedis Apost. protectione suscipimus.

Bona omnia confirmat.

Quoniam sine verae cultu religionis nec charitatis unitas potest subsistere, nec Deo gratum exhiberi servitium, expedit Apostolicae auctoritati religiosas personas diligere, & eorum quieti & tranquillitati auxiliante Domino salubriter providere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & ad exemplar praedecessorum nostrorum sanctae recordationis Eugenii, & Adriani Romanorum Pontificum, praefatam Ecclesiam, in qua divino participati estis obsequio, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & praesentis scripti privilegio communimus; In primis siquidem statuentes, ut Ordo Canonicus, qui secundum Deum, & B. Augustini regulam in eodem loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona, tam ex dono Contadi, quondam Archiepiscopi Salisburg. fun-

(a) Eo enim tempore Beneventi debebat Alexander post fugam acceptam ab Urbe Roma, qua a Friderico Anobardo gravi obsidione premebatur: & quamvis ante duos annos ibi commoraretur, hanc constitutionem ad hoc tempus Baroniis revertat.

fundatoris loci vestri, quam aliorum Dei fidelium, impresentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permanent: In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: Curtem sitam ante portam Ecclesiae pronominate cum omnibus pertinentiis suis, & praedium quod dicitur Suvante ex dono ipsius Archiepiscopi: quicquid iuris habetis in decima salis, qui coquitur de fonte Halle: Ex dono Heinrich filii Etichonis, & fratris eius praedium, quod dicitur Nutzpoum cum omnibus pertinentiis: Ex dono Ebonis, Facconis, Babonis, aquas, quas in eodem fonte ad sal coquendum habetis: aquas, quas habetis in ipso fonte apud Yberchpret, curtem cum vineis in Austria, praedium quod dicitur Ibingen cum appendiciis suis, praedium situm in loco, qui dicitur Occheim cum omnibus appenditiis suis: Ex dono Sigboronis praedium, quod dicitur Unchen. Statuimus, ut in Ecclesiis vestris, in quibus fratres vitam canonicam professi fuerint, nulli omnino post factam canonicam professionem exinde liceat sine communis Congregationis permissione discedere; discedentem vero nullus audeat retinere, nisi ad majorem religionem eum confiteri ascendiſſe. Sane ipsa plebs Hallensis, sicut a jam dicto Conrado Archiepiscopo canonicè statutum est, a nullo successorum vobis auferatur: sed in dispositione Praepositi vestri permaneat. Ad haec adiacentes statuimus, ut cappella, quae infra terminos parochialis Ecclesiae Hallen. fundata sunt, sicut ab ipso rationabiliter provisum est, eidem matri Ecclesiae subjaceant; Novas autem absque assensu Diocesis Episcopi & vestro in ipsa parochia cappellas edificari prohibemus. Praeterea exemptionem personae tuae & Ecclesiae tibi commissae, a Salisburgensis Archiepiscopi subjectione, sicut a praefato Archiepiscopo statutum est, & privilegiis antecessorum nostrorum Romanorum Pontificum roboratum, tibi, & per te Ecclesiae tuae auctoritate Sedis Apostolicae confirmamus. Obviam vero te, nunc ejusdem loci Praeposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis aſtutia seu violentia praeposatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & B. Augustini regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, & Diocesani Episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire temptaverit, secundo tertiove communita, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena

stet, atque in extremo examine districtae ultioni subiacet; Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Datum Beneventi per manum Gerardi sanctae Romanae Ecclesiae Notarii, Kalendis Julii, Indictione II. Incarnationis Dominicae anno MCLXIX. Pontificatus vero Domni Alexandri Papae III. anno X.

Dat. die 7. Julii anno Dom. 1169. Pont. an. X.

XXXIII.

Confirmatio Castrorum, bonorum, ac jurium omnium Astenſis Capituli.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Nicolao Archidiacono, & Gardulpho Praeposito Astenſis Ecclesiae, eorumque fratribus tam praesentibus quam canonicè substituendis, in perpetuum.

Ex Regibus Ital. Sac. Rom. IV. ubi dicit Asten. Episcopus.

Exordium.

Officii nostri nos admonet & invitat auctoritas, pro Ecclesiarum statu satagere, & earum quieti & tranquillitati salubriter auxiliante Domino providere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & praedecessoris nostri fel. mem. Adriani Papae vestigiis inhaerentes, praefatam Ecclesiam, in qua divino participati estis obsequio, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & praesentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impresentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permanent; In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: Curtem, quae dicitur Quaratum cum castro villa & toto dominatu pratis herbis silvis nemoribus pascuis & aquaticis & ripariis usque in Tanagrum & toto districtu ipsius villae: Ecclesiam S. Petri sitam in eodem loco cum decimis & pertinentiis suis, curtem suam, quae dicitur Ereule, cum Ecclesiis & decimis ad ipsam pertinentibus, & toto districtu hominum: plebem Pizentianam cum castro villa, & capitulo totius plebatus, servis, & ancillis, & cappella S. Michaelis, & decimis praedictae Ecclesiae pertinent. & toto districtu hominum, turre & castro Coningo cum domo murata, & sexta parte de communibus: tres mansos in eodem loco cum Ecclesia parochiali, & cappella ipsius castri, & decimis ad ipsam pertinentibus: Ecclesiam de Podanengo cum decimis & pertinentiis suis, quatuor mansos in eodem loco cum servis & ancillis, curtem unam, quae dicitur Mons Tegletus cum servis & ancillis: Ecclesiam S. Dalmatii cum pertinentiis suis, Ecclesiam sancti Andreae de Fontana stantia: tres mansos in Abarana cum cappella S. Georgii ad plebem Pizentianam pertinent: Ecclesiam S. Genesii de Gubione cum manso uno & decimis & aliis pertinentiis ne cum manso uno & decimis & aliis pertinentiis suis, decimam S. Martini de Conpergulis, Eccle-

Canonicos Asten. Ecclesiae sub protectione Sedis Apost. recipimus.

Eisdem bona omnia confirmat.

Arque omnia emerat.

Bullarium Romanum

clesiam de Malefco cum decimis & pertinentiis suis, Ecclesiam de Corebama cum decimis & pertinentiis suis, Ecclesiam de Cortanferis cum decimis aliodiorum & vallis Azonis & aliis pertinentiis suis, Ecclesiam de Sexanto cum decimis & pertinentiis suis, Ecclesiam de Solido cum decimis & pertinentiis suis, Ecclesiam Parrochiam de Valliculis cum totius ville decimatione, excepta decimatione antiquarum possessionum dominorum, Ecclesiam de Castiglione cum decimis & pertinentiis suis, Ecclesiam de Cellis cum illo, quod fuit Hugonis, & quidquid habetis in eadem villa seu territorio ejus ex parte Oberei extirpantis vineas, decimas quoque totius civitatis, & villarum ei adjacentium, Vallis-tertia, montis Bonini, Arpegiani, vallis Latronis, exceptis iis, quae aliis Ecclesiis sunt concessa, tres manfos in Viniaco cum pascuis terris cultis & incultis aquaticis ripaticis & toto districtu ipsorum hominum, tres manfos in Villo cum Ecclesiis & pertinentiis suis, duas partes majores castri de Corleone, quae quondam fuere Bonifacii de Cortanferis, & medietatem alteram ipsius partis, quae fuit Carbonis cum cappella & toto districtu hominum, quatuor manfos in eodem loco cum parte, quae fuit Gualfredii de Galandria, & quidquid habetis in Antersio, in Stoderda, in Lorello, & in Magleolo, cum aquaticis, & ripaticis & toto districtu hominum, in Vallefenaria, in Vallepe- to, in Suberico, & in Curaldia, & Montoso, & omnia, quae iuste habetis in cultis & incultis, in herbis, pratis, silvis, nemoribus, in terra, vinea, Vallebella, Oriffa majore, Crispizen, & in Ecclopheno, & omnia quae habetis ultra Tanarum in monte Prevello, in Lauretto, Saxo Canulro, Calocio, Aglano, Meccedo, Corticellis, Spalvaria, & in Rocheta de Flexo; quidquid habetis in testamento Ungari, & uxoris ejus Genevæ in valle Cimina, monte Morino, Paderno, & Predalia, & Ecclesiam S. Adriani cum pertinentiis suis. Preterea omnes rationabiles & antiquas consuetudines Ecclesiae vestrae, quae in obsequiis defunctorum, & missarum celebrationibus, atque divisionibus oblationum, tam infra civitatem quam extra per totum Episcopatum hactenus habuisse noscimini; processiones quoque certis temporibus institutas, cum suis receptibus, vobis vestrisque successoribus confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Apostolicae Sedis auctoritate, & Episcopi vestri canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, haec nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove communita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultionis subiaceat. Cunctis autem eisdem locis sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum

Consuetudines quoque omnes Ecclesiae hujus ratis habet.

Decretum immunitatis &c.

Cum solitis cautelis.

bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem praemia aeternae inveniant. Amen. EGO ALEXANDER Catholicae Ecclesiae Episcopus subscripsi. Ego Ubalduſ Oſtienſis Episcopus. Ego Bernardus Portuenſis & sanctae Rufinae Episcopus. Ego Albertus Presb. Card. tit. S. Laurentii in Lucina. Ego Boso Presb. Card. S. Pudentianae tit. Pastoris. Ego Ubalduſ Presb. Card. tit. sanctae Crucis in Hierusalem. Ego Joannes S. Joannis & Pauli Presb. Card. tit. Pammachii. Ego Jacintus Diac. Card. S. Mariae in Cosmedin. Ego Ardicio Diac. Card. S. Theodori. Ego Cintius Diac. Card. sancti Adriani. Ego Ugo Diac. Card. S. Eustachii. Ego Petrus Diac. Card. S. Mariae in Aquiro. Datum Beneventi per manum Gerardi S. R. E. Notarii, VIII. Kal. Augusti Indiſt. II. Incarnationis Dominice anno MCLXIX. Pontificatus vero Alexandri PP. III. anno X.

Alexandri PP.

& S. R. E. Card. subscriptiones.

Redem libera ab Episcopi loci iudiciali potestate declarans.

Dat. die 25 Julii anno Dom. 1169. Pontif. an. X.

XXXIV.

Confirmatio Bonorum, ac concessio nonnullorum Privilegiorum, atque Immunitatum Monasterio Monialium S. Fabiani de Farinate, ac S. Damiani de Donaria Lauden. Diocesis.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectae in Christo filiae, Taidi Abbatissae Monasterii S. Fabiani de Farinate, ac S. Damiani de Donaria, ejusque Sororibus, tam praesentibus quam futuris regulariter substituendis, in perpetuum.

Ex Archiep. Cathedra E. Ch. Laudens. edit. Eghell. Ital. 2 IV. ubi de hac Ecclesia.

Exordium.

Ecclesiae hae sub protectione Sedis Apost. recipiunt.

Statuto anno censu eidem perfolvendo ab Abbatissis.

Alexander PP. Tertius

mili censu firmantes. Per praesentis igitur privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, quaecumque bona, quascumque possessiones, eidem Ecclesiae, aut ex praedictorum Comitum, aut ex quorumlibet fidelium largitione possident, si ve in futurum, largiente Deo, iuste atque canonicè poterunt adipisci, firma vobis & his, quae post vos successerint, illibata permanere; nec Diocesano Episcopo facultas sit, Ecclesias ipsas & personas in ejus domibus servientes gravare, aut aliquid in illis potestate iudiciali exercere, praeter locorum consecrationes, Sanctimonialium benedictiones, & Clericorum, qui in eis constituti fuerint, ordinationes; si tamen Episc. Cathol. fuerit, & gratiam atque communionem Apost. Sedis habuerit, & si gratis ac sine aliqua pravitare voluerit Sacramenta eadem ministrare; alioquin, a quovis malueritis catholico ea suscipietis Episcopo. Nulli ergo omnino hominum, liceat praefatas Ecclesias perturbare, aut earum possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur sanctimonialibus, in praesentibus Ecclesiis Deo servientium, profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate. Obvencite vero te, nunc eorumdem locorum Abbatissa, vel earum qualibet, quae tibi successerint, nulla ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeparatur, nisi quam Sorores communi consensu, vel sororum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam elegerint, a Romano Pontifice, vel cui ipse commiserit, consecrandam. Sepulturam quoque eorumdem locorum liberam esse censemus, ut eorum devotioni, & extremae voluntati, qui se in praesatis locis sepeliri delibaverint nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obstat: salva tamen iustitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Porro novallium vestrorum, quae propriis manibus aut sumptibus colitis, si ve de nutrimentis vestrorum animalium decimas ab aliquibus exigi omnino prohibemus, communi vita viventibus, sicut beatus Gregorius ait; Jam de faciendis portionibus, vel exhibenda hospitalitate nihil nobis loquendum est, cum omne, quod superest, in causis piis ac religiosis erogandum est. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, haec nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultionis subiaceat: Cunctis autem eisdem locis sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniat. Amen. Amen. Amen. EGO ALEXANDER Catholicae Ecclesiae Episcopus. Ego Ubalduſ Oſtienſis Episcopus. Ego Bernardus Portuenſis Episcopus. Ego Ubalduſ Presbyter Cardinalis sanctae Crucis in Hierusalem. Ego Albertus Presbyter Cardinalis tituli sancti Laurentii in Lucina. Bull. Rom. Tom. IV.

Bona omnia quae confirmat.

Redem libera ab Episcopi loci iudiciali potestate declarans.

Abbatissam a solis Monialibus eligendum statuit.

Nonnullaque concedit privilegia.

Alexandri PP. & S. R. E. Card. subscriptiones.

Ego Boso Presb. Card. S. Pudentianae tit. Pastoris. Ego Petrus Presb. Card. S. Laurentii in Damaso subscripsi. Ego Jacintus Diaconus Cardinalis sanctae Mariae in Cosmedin. Ego Ardicio Diac. Card. sancti Theodori. Ego Cintius Diac. Card. S. Adriani. Ego Ugo Diac. Card. S. Eustachii juxta Templum Agrippae. Ego Petrus Diac. Card. S. Mariae in Aquiro. Datum Beneventi per manum Gerardi sanctae Romanae Ecclesiae Notarii, II. Kal. Augusti Indiſt. II. Incarn. Dom. anno MCLXIX. Pontificatus vero Domini Alexandri Papae III. an. X.

Dat. die 31 Junii anno Dom. 1169. Pontif. an. X.

XXXV.

Privilegium confirmationis Bonorum Monasterii SS. Joannis & Andreae de Bonavalle Pictavien. Diocesis; cujus Monialibus conceditur jus praesentandi Presbyteros pro Parochiis, eidem Monasterio subiectis.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis in Christo filiabus, Alade Abbatissae Monasterii sanctorum Joannis atque Andreae de Thoartio, vobisque sororibus, tam praesentibus quam futuris rectam vitam professis, in perpetuum.

Ex Gall. Christ. nov. edit. Tom. II. inter In. Item. Eccles. Pictavien. LL.

Exordium.

In primis locorum venerabilium cura nos admonet, de eorum quiete atque utilitate sollicite cogitare; nec dubium, quod si Ancillarum de praesentibus benigne concurrimus, nostris opportunitatibus clementer Deum reperiemus. Expropter, dilectae in Christo filiae, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & praefatum Monasterium sanctorum Joannis & Andreae, in quo divino estis obsequio mancipatae, sub beati Petri Apostolorum Principis, & nostra protectione suscipimus, & praesentis scripti privilegio communimus; In primis siquidem statuentes, ut Ordo Monasticus, qui secundum Dominum, & B. Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur; Preterea quascumque possessiones, quaecumque bona, eidem Monasterio iuste & canonicè possident, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praesente Domino, poterit adipisci, firma vobis, & his, quae post vos successerint, illibata permaneat; In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum, in quo praefata Ecclesia sanctorum Joannis & Andreae sita est, cum omnibus pertinentiis suis, Ecclesiam sancti Dionysii de Thoartio cum omnibus pertinentiis suis, Ecclesiam sancti Medardi cum decimis & pertinentiis, & in eadem Eccles. census quinque solidorum Andegavenſis monetae, quos in Cena Domini annuatim recipitis, Ecclesiam sancti Lazari, & domum helemosinariam, quae sita est extra muros praenominati castri, Ecclesiam sanctae Mariae de Castro novo Regis, Ecclesiam sancti Petri de Misse, & domum juxta Ecclesiam cum omnibus pertinentiis suis, duos solidos annuos de domo Aimerici

Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipit.

Bonaque omnia ad illud spectantia eidem confirmat.